



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enarratio Epistolæ Prioris Ad Timothevm, Et Dvorvm  
Capitum secundæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Vitebergæ, 1561**

**VD16 M 3167**

Leuantes puras manus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36308**

Nec potest hęc admiranda doctrina satis copiose  
 uerbis exponi, sed tamen initia hęc utcunq; cogi-  
 enda sunt, & in quotidiana inuocatione repeten-  
 da est, & precandum, ut ipse Filius Dei Media-  
 tor radios suę sapientię & iusticię in nos trans-  
 fundat.

*Leuantes puras manus.*

Semper in conspectu sit integra doctrina de  
 precatione, & accendat nos ad inuocationem &  
 ad fidem consideratio uoluntatis Dei, quę eò ipso  
 fit illustrior quia tam sæpè repetitum est præce-  
 ptum de inuocatione, Sicut Taulerus dulcissimè  
 inquit: Nunquam pectus hominis tam audium  
 est ad accipiendum, quàm auida est uoluntas Dei  
 ad dandam gratiam & salutem propter Filium.

Quę res autem concurrere in precatione  
 debeant, sæpè aliàs dictum est. In his compre-  
 henduntur & hęc circumstantiæ, quarum Paulus  
 hoc loco mentionem facit. Leuate puras manus,  
 id est, non pollutas malo proposito, iuxta illud:  
 Ioan: 9. Peccatores Deus non exaudit.

*Sine ira.*

Id est, Sine indignatione & fremitu aduersus  
 Deum, sed flectantur corda aliquo modo ad pa-  
 tientiam, iuxta illud 1. Pet: 5. Humiliamini sub  
 E 3 potenti